

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ebrietas al
cum fonte primo

Ebrietates continue animos in furorem adducunt.

Nam cum sepe apud se non sunt, consuetudine insanie durata uicia,
uino concepta eciam sine illo ualent.

Vinolenciam enim uiolencia sequitur.

Seneca ibidem (LXXXV. epistola).

→ Fere vinolentiam crudelitas sequitur;
vitiatur enim exasperaturque sanitas mentis.
Quemadmodum <morosos> difficilesque faciunt diutini morbi
et ad minimam rabidos offensionem,
ita ebrietates continuae efferant animos;
nam cum saepe apud se non sint, consuetudo insaniae durat et vitia
vino concepta etiam sine illo valent.

←

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 83.26
(L. Reynolds ed., vol.1, p.284, ll.7-12).